

*Commutatio bonorum in Anticiaco inter Aupaldum  
abbatem monasterii mediolanensis s. Ambrosii et  
Lupone de vico Glassiate.*

*Ex autographo in Arch. s. Fidelis Mediol.*

PORRO.

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Ihesu Christi. Hugo et Lhotarius filio eius gracia Dei reges, anno regni idem domni Hugonis quintodecimo, eiusdem Lotharii decimo, mense februario, indictione quartadecima. Comutacio bone fidei nossitur esse contractum, ut vicem empconis obtineat firmitatem, eodemque nexu oblicant contraentes. Placuit itaque et bona convenit voluntatem inter Aupaldus v. v. abbas monasterio beati Christi confessoris Ambrosii, ubi eius sanctum humatum quissit corpus, et ex constructum foris et prope civitate Mediolani, nec non et inter Lupone de vico Glassiate, filius quondam Dominiconi, ut in Dei nomine debead dare, sicut et a presenti dederunt hac tradiderunt vicissim in caussa comutacionis nomine suorum jure abendum. In primis dedit his ipse Aupaldus abbas eidem Luponi comutatori suo in caussa comutacionis abendum, hoc est sedimen pecia una juris ipsius monesterii, qui est posito in vico Anticiaco prope puteo de suprascripto castro da parte mane. Coerit ei adfines da mane et monti vias, da sera accessione que pergit ad suprascripto castro, da monti ipsius monasterii qui sibi reservat; et est sedimen ipsum infra suprascriptas coerencias per mensura justa tabulas legitimas quadraginta. Unde ad vicem recepit ipse domnus Aupaldus abbas a parte ipsius monesterii proprietario jure abendum ab eundem Lupone comutatore suo, idest campo pecia una juris ipsius Luponi, qui est posito in suprascripto vico et fundo Anticiaco, locus ubi dicitur Aredario. Coerit ei adfines da mane sancti Victori, da meridie via, da sera et monti ipsius monesterii; et est campum ipsum infra suprascriptas coerencias per mensura justa perticas legitimas jugialis quattuor. His autem rebus superius dictis vel comutatis, una cum superioribus et inferioribus suarum in integrum. Super quas res de ambarum partes accesserunt, da parte ipsius monesterii super ipsis rebus una cum Angelbertus monachus et prepositus ipsius monesterii in missus da parte eidem domni abbati, una cum viri idonei et extimatores homines, quibus omnibus paruit, et ipsi extimatores extimaverunt et dixerunt, eo quod melioratis et ampliatis rebus acceperet ipse Aupaldus abbas a parte eidem monasterii sancti Am-

brosii ab eodem Lupone comutatore suo, quam ei dare ut supra, et hac comutacio legibus inter eis fieri possent. Et taliter ipsi comutatores sibi unus alteri ad invicem comutacionis nomine tradiderunt, faciendum exinde quis cout supra in comutacione ceperunt, una cum heredibus et successoribus suorum,  
 a canonice et legali hordine proprietario jure quidquid voluerint, sine omni uni alterius eorumque heredes vel successores contradictione. Et sponderunt sibi  
 a canonice et legali hordine proprietario jure quidquid voluerint, sine omni uni alterius eorumque heredes vel successores contradictione. Et sponderunt sibi unus alteri ipsis comutatores cum heredibus et successoribus suorum suprascriptis rebus, quiscout supra in comutacione dederunt in integrum, ab omni contradicentes homines defensare justa lex; de quibus etenim capitulis superius scriptis pena inter se posuerunt, ut quis ex ipsis aut eorum heredes vel successores set de ac comutacione remove queierint, vel si ab unumquemque hominem non defensaverint; tunc componat parte illa qui non conservaverint, a parte fidem servanti pro pena nomine dublam suprascriptis rebus, sicut pro tempore melioratis fuerint aut valuerint sub extimacione in eadem locas,  
 b quia sic inter eos convenit. Actum at suprascripto monasterio sancti Ambrosii.

Signum † manus suprascripto Luponi, qui hanc cartulam comutacionis ut supra fieri rogavit, et ei relecta est.

† Anzelbertus monachus et presbiter seu prepositus ut supra missus fui et subscripsi.

† Amelbertus extimavi et subscripsi.

Signum † manus Odelrici filius quondam Lioldaldi de vico Tregilla ut supra extimavi, et a confirmandum manum posuit.

Signum † manus Adelberti filius quondam item Adelberti de vico Glassiate ut supra extimavi, et a confirmandum manum posuit.

† Waltecerius rogatus subscripsi.

c † Andreas rogatus subscripsi.

† Achinaldus notarius rogatus subscripsi.

† Leo rogatus subscripsi.

† Angelbertus notarius scripsi, post tradita complevi et dedi.